



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Commvio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

casus aperti: ut incendiū, bellum, tempestas, &c. aperte probabitur. Si vero casus sunt occulti, probabitur per coniecturas, habito respectu ad qualitatē persona, & similiū. Si vero ex aduersitate ex casu non faciliter sine culpa. Vide Sil. ibi, in fi.

## COMPENSATIO.

**C**O MPENSATIO importat debiti & crediti inter se contributio. l. i. ff. de compēsa. quæ admittitur in omnibus, quæ in suo genere recipiunt functionem, id est, quādo una res potest fungi vice alteri<sup>o</sup>, sicut sunt ea, quæ consistunt in numero, ponde- re, & mensura. secundum Pa. in c. bona fides. de deposito. In alijs autem cessat compensatio. Et requiritur debitū esse liquidum: vt in l. fin. C. de compen-

<sup>2</sup> A n quis æquivalens retinere possit si ad manus eius venit, vel accipere, quando suū habere non potest. infra. Furtum. §. 5. Vide Inno. in c. cū olim causam de resti. spo. & in c. dominus. 23. q. 2. In deposito tamen non potest fieri compensatio: vt suprā, Commo- datum. §. 3.

## COMPOSITIO.

**C**O MPOSITIO amicabilis potest interuenire etiam in spiritu- libus contractibus: vt dicit glos. in c. statuimus de trāsc. &c. nupet. de de- ci. ita tñ, quod nullum temporale pro spirituali detur, quia simoniacū esset. Si fiat compositio inter clericos super decimis in futurum solvēdis, nō excedet vitam transligētūm. c. veniens. de trāsc. & protest hiereticam sine autho- ritate superioris.

## COMPROMISSIO.

**C**O MPR OMITT E R E potest res quilibet quas potest alienare, seu liberē disponere: quas autē sine so- llicitate nō potest disponere, etiā sine tali sollicitate de illis non potest com- promittere. Facit c. cum tempore, de arbit. & Pa. ibidem. Vide in ver. Arbit- ter. §. 13. 14. Vnde prælati possunt de fructibus beneficiorum compromitte- re, sicut liberē disponere. vt not. Host. in sum.

## COMMUNIO.

CO MMUNIO quia sacramentū

Eucharistia sumitur, ex parte su- mentis quatuor requirit. Primo, vt ptæmissa diligenti examinatione, & contritione, credat se mundum à pec- catō mortalē. Et sine peccati mortalis cogniti constitutione communicans, mortaliter peccat, quia indignē sumit & sic reus corporis, & sanguinis Chri- sti, secundum Apostolum, efficitur. Sine confessione autem, si rationabi- lis causa est non confitendi, excusatetur communicans, quia præceptum de confessione præmittenda communica- tioni non est de iure diuino, nec positi- uo, cū nullib[us] inueniatur, nisi sa- mel in anno. Si autem commoditas confitendi adest, & habens conscientiam peccati mortalis, differre vult confessionem & communicare cum alijs, vel celebrare, peccare videtur valde grauiter, quia minus dignē vo- luntarius accedit, circa tamen morta- le, propter rationem tactam: secun- dum Caet. ibi. Alij autem videntur tenere oppositum quasi omnes, & præcipue Thom. 4. sent. distinct. 17. q. 3. a. 1. q. 1. 4. & hæc opinio est secun- ditor.

<sup>2</sup> SECUND O, requiritur quod cōmu- nicans sit ieonus, ieonus non ecclē- sia tantū, sed naturæ, videlicet, quod à media nocte nihil sumperit per modum cibi, vel potus, & ab omni- bus, quæ per os sumuntur, etiam me- dicinalibus, ita quod scienter, & ad- vertenter, non ieonus, hoc modo communicans (exceptio mortis articulo) mortaliter peccat, vi communi- ter tenetur: secundum Caet. ibi. & in c. liquidō, de conse. dist. 2.

<sup>3</sup> TERTI O, requiritur tempus. In Pa- schæ omnes tenentur communio- nem sumere: vt in c. omnis. de pen. & re. per octo dies ante, & per octo post secundum determinationem Euge- nii. aliter mortaliter peccant, nisi ratio- nabiliter differatur de consilio sacer- dotis. Requiritur & debita artas in communione: vt in d. o. omnis. vide- licet anni discretionis, quæ tamen di-

h scetis

C O M M V N I O.

cretio maior videtur debere esse in <sup>7</sup> S A C E R D O S celebrans debet sub communione , quam in confessione . Et quia consuetudo est optima legum interpres , ideo cum sit consuetum , quod pueri , vel pueræ non comunicant , nisi quando parentes eorum ad hoc illos inducunt , vel confessores , ideo etiam quando ad annos discretionis peruererint , & non communicant , quia eorum parentes tardant ob maiorem reverentiam communioñis , non peccant , & parentes etiam excusantur à violatione præcepti : secundum Caieta .

<sup>4</sup> I N mortis etiam articulo tenetur homo communicare , quia sic habet usus ecclesiæ : & dimittens peccat qui dem , non tamen dimittens ob negligentiam videtur mortaliter peccare , quia viaticum ut sic , non est sacramentum necessitatis , dummodo communicauerit quis in Paschate : secundum Caie . ibi , contemptusque abit .

<sup>5</sup> Q U A R T O , requiritur reverentia , & deuotio , ita quod pollutus in nomine , & qui tem habuit etiam matrimoniale , illo die communionem sumere non deberet , nisi ex rationabili causa : tamen si est contritus , & communiceret , dummodo absit contempnsus , non peccat mortaliter , sed venialiter tantum , quia debitam reverentiam omnimodam non adhibet tanto sacramento . Tamen quando ex reverentia dimittit cessatione scandalo , bene facit , quia hoc sacramentum requirit actualem deuotionem . Posset etiam tantam habere contritionem , & deuotionem , quod communicando intereretur , etiam sine necessitate celebrando , quia nulla est ecclesiæ prohibitio . Caiet . infra , Pollutio . § . 2 .

<sup>6</sup> Q U I non communicavit in Paschate ex negligentia , vel quia noluit , licet mortaliter peccauerit , non tamen tenetur de præcepto communicare ante aliud Pascha , quauis sit hortandus , quod communicet . Qui vero distulit de consilio proprii sacerdotis , vel ex alia causa legitima , tenetur , quia talis adhuc potest implere præceptum : secundum Ar . Flo . 2 . par . tit . 9 . c . 9 . § . 4 .

præceptio sub vitaque specie se comunicare de con . d . 2 . c . perlatum , nisi in die Parasceues quia tunc non celebratur , tamen quando ipse celebrat , & consecrat . debet in vitaque specie sumere . Tho . 4 . sent . d . 12 . aliter esset sacri legij reus . d . 2 . conse . distinct . 2 . capi . cōperimus .

<sup>7</sup> N O N licet sacerdoti extra missam seipsum communicare regulariter tamen Caieta . dicit se credere , quod in necessitatibus articulo : ut cum peste laborat , si quis deferret sibi corpus Christi , posset seipsum communicare .

<sup>8</sup> C O M M V N I C A N S aliquæ vbi non est consuetudo sub vitaq ; specie , mortaliter peccat : secundum Caietan . ibi , propter presumptionem . Similiter si comunicat indignos , ut pueros , ante annos discretionis , natos amentes , excommunicatos , interdictos , publicos peccatores , & publicas meretrices , lenones . & huiusmodi , si scienter hoc facit , si dat communionem in loco interdicto contra prohibitionem ecclesiæ . Caiet . ibi .

<sup>9</sup> Q U A N D O C V N Q U E . vbiq ; & quibuscumq ; potest dati sacramentum penitentiæ , potest etiæ dati , si est in mortis articulo , viaticum , quia pro eodem computat ius . de pœn . & re . c . quod in te . tamen prius debet prouideri scadalo : ut scilicet publicetur peccatum remissum , & ab excommunicatione absolutorum , & huiusmodi : secundum Caiet . ibi .

<sup>10</sup> C O M M V N I C A R E etiæ eos , qui irreverentiam exhiberet sacramento huic , ut sunt phreneticæ , expuentes , & huiusmodi , scienter mortaliter peccatur : secundum Caie . ibi . Similiter peccato negligentiæ inoluuntur , qui infirmis viaticum ministrare negligunt : secundum eundem .

<sup>11</sup> S I hostia appareat caro , vel sanguis , non debet sumi ab eo , cui sic apparet : secundum Tho . 3 . parte . q . 8 . a . 4 . nec propter hoc sacerdos efficietur legis transgressor . Consulendum tamen esset sacerdoti : ut iterato corpus , & sanguinem consecraret , & sumeret :

meret : secundum Tho. ibi. ex quo ap 17 IMMUNDITIA corporalis, siue  
paret, quod non tenet ex præcepto. Idem dic de sanguine, & si perseveret  
in tali specie, ponendum est cum reli-  
quis: secundum Thom. 4. sen. dist. 10.  
ar. 4.

18 MONACHI tenentur omni men-  
se sumere cōmunionem , sicut secula-  
res omni anno. tex. in clementi. 1. de  
stat. mon. §. fane. Ibi etiā gl. s. Videtur  
etiam hoc ad cæteros religiosos perti-  
nere. quia gloss. dicit hoc satis hone-  
stum esse: vt dilatetur ad alios religio-  
sos. Idem Pa. in d. c. omnis. Credo ta-  
men, quod si religionis seruāda con-  
suetudo cuiuscunq;

19 SACERDOS non legitimè impe-  
ditus, tenetur celebrare saltem in p̄-  
cipuis festis, in quibus fideles deuoti  
celebrare cōfuerant, Tho. in 3. par.  
q. 82. a. 6. & 4. sen. d. 13. q. 3. ar. 2. q. 1.  
nisi ex instinctu Spiritus sancti quis  
abstineret. Et Pet. de Palu. in 4. sen. d.  
eadem. hoc idem dicit, & in c. dolen-  
tes. de cele. mis. reprehenduntur, qui  
vix quater in anno celebrant, an au-  
tem mortaliter peccent, nolo senten-  
tiam præcipitate, tamen rationes S.

Tho. vbi suprā, videntur fortis.  
20 NON debet quis plures in die se  
cōmunicare: secundum Tho. 4. sen. di.  
12. q. 3. a. 1. q. 1. viii. sacerdos tamē, qui  
non solum pro se, sed etiam pro alijs  
celebrat, necessitate cogente, potest  
in uno die plures celebrare. cōcordat

Pet. de Pa. 4. sen. de ea. q. 1. in frā. Mis.  
fa. §. 25.

21 COMMUNICANS in peccato  
mortali sine contritione, mortaliter  
peccat: secundum Tho. 3. par. q. 80. a. 4.  
& incurrit facilius, tanquam vio-  
lator sacramēti, intellige si scienter cū  
conscientia mortalis peccati hoc facit.  
Similiter si haberet mortale, & negli-  
gentia discutiendi conscientiam non  
recordatur de illo, peccat mortaliter,  
quia huiusmodi omisso videtur  
voluntaria, ex quo non fecit, quod  
debuit facere probando se ipsum: vt di-  
cit Apostolus. Veniale autem pecca-  
tum non impedit, quia non aufert  
charitatem.

17 IMMUNDITIA corporalis, siue  
perpetua, siue ad tempus, de necessi-  
tate non impedit communionem, ia-  
lege noua , nisi proprius aliquod peri-  
culum irreuerentia circa sacramen-  
tum, vel ob scandalum. in capitul. tua-  
nos. de cleri. agro. Prohibetur ne pu-  
blicè celebret, propter horrorem ta-  
men in secreto potest celebrate pro-  
pter deuotionem, nisi adeo esset cor-  
ruptus, quod ministerium sine pericu-  
lo expiere non posset. Leprosos ta-  
men ad sacerdotium promouere non  
debet. ex Sanct. Tho. 4. sent. dist. 9. q.  
4. q. vlt.

22 INFIRMI. MVS semel pro viatico cō-  
municatus, si superuiauit, potest iterū  
cōmunicari pro viatico, etiam non  
ieiunus , imminentे casu: vt credit  
Tab. & rationabiliter, quia potest con-  
tingere , quod hoc tempore interme-  
dio mortaliter peccauerit, & volit ite-  
rum Christi incorporati per deside-  
rium ad Eucharistiam, & sumptio-  
nem, si potest. Ex deuotione etiā ieiun-  
us plures potest cōmunicare in ea  
dem infirmitate.

23 CAPITULVM sacra. de cōf. di. 1.  
in quo dicitur, quod cōmunione pos-  
sit sumi in die eccl. post alios cibos,  
est abrogatum per contrarium cōlue-  
tudinem: secundum Tho. 4. sen. d. 8:  
q. 2. a. 4. q. 1. ad. 1.

24 POST cōmunionem potest quis  
statim comedere, nec obstat. c. si ma-  
ne de conse. di. 2. quia est abrogatum.  
& secundum Tho. loquitur de iepore,  
quod raro celebrabatur antiquius.  
25 Ad sacerdotem pertinet dispensa-  
tio huius sacramenti. Tho. 3. part. q.  
82. a. 3. ideo diaconus non potest cō-  
munionem dare, nisi in necessitatibus  
atticulo , & de licentia Episcopi , vel  
presbyteri: vt in d. 93. capit. praesente.  
illis autem absentibus , potest sine li-  
centia: vt in capit. diacon , eadem d.  
aliter oportet esse sacerdotem . capit.  
pertinet de conse. dist. 2. & curatum.  
vel de eius licentia: vt in clement. re-  
ligiosi. de priuileg . & communicans  
alienum parochianum. peccat violan-  
do ius , nisi hoc faciat sub rati habi-  
tione

h 2 tione

## COMMUNIO.

## CONCEDERE.

tionē, secundūm Caiet, ibi & si esset religiosus, esset excommunicatus: infra, Excommunicatio. 49.

<sup>21</sup> COMMVNO ab h̄ereticis, excōmunicatis, publicis concubinarijs, & huiusmodi, sumi nō debet. supra, Clericus. §. 13. & 14.

<sup>22</sup> Si peccator occultus petat cōmunionem à sacerdote illius peccati confessio: & est proprius sacerdos: & in publico petat, non potest ei negare. secundum Tho. 3. par. q. 80. a. 6. potest tamen ipsum secrētē monere ne cōmunicet, vel dicendo publicē in generali, Caueatis fratres, ne in mortali cōmunicetis, vel simile. Secus quādo peccatum est publicum, quia tunc debet degenerare, secundum Tho. supra.

<sup>23</sup> IDEM dicas de suspectis suscipiōne violenta, & fama publica, sicut de publicis peccatoribus, quando petūt cōmunionem, secundum Thom. in 4. sen. suprā. & illud c. sapē continet. 2. q. 5. in quo dicitur, quod detur ad experimentum, est abrogatum. Secus de suspectis leuiter, & vhemēter.

<sup>24</sup> Amentibus qui nunquam deuotionem ad hoc sacramentum habuerunt, non debet dati, qui verò habuerunt aliquando usum rationis, & si dem ad hoc sacramentum, & superueuit amentia, si perunt, dari deber.

nisi timeatur periculum de vomitu, vel aliqua alia irreuerentia, vt in cīs qui, in 26. q. 6. & Tho. in 4. suprā. & de mouiacis eodem modo debet dari, nisi constet eos ob mortale terqueri, secundum Dio. & Thom. vbi suprā. Non baptizatis minimē dandum est.

<sup>25</sup> NVM debet dati hostia non consecrata pro consecrata, etiam indigno, quia in sacramento veritatis, nulla debet esse fictio, secundum Tho. suprā. & c. de homine. de cele. missarum. & secundum Angel. quia dare tur occasio idolatrandi.

<sup>26</sup> OMNIBVS peccatoribus verē penitentibus, & cōfidentibus peccata sua in mortis articulo, etiam suspensōdēs, est danda communio impe-

tunt, nec eis negatur sepultura, nisi in iure sp̄cificē negetur, & missa pro eis est dicenda. c. 1. 26. q. 7. sicut hæretico relapsō datur. c. super. de hære. li. 6. & etiam excommunicato p̄tententi, infra, Eucharistia, vide de materia huius sacramenti, per totū.

<sup>27</sup> VOLENS cōmunicare dum iam est missa, & recordatur de aliquo mortali nō confessō, & pro tunc non habet copiam cōfessoris, & nō potest cōmodē, vel sine admiratione differēce cōmunionem, si est contritus, potest cōmunicare, & postmodūm confiteri. Idem de sacerdote, qui non habet copiam cōfessoris, & oportet celebrare, vel quia tenet, vel quia sic consuevit, vel quia non celebrando esset admiratio, sufficit contritio. Imò secundūm Ar. Ho. post Pet. de pa. imminentē cōmunionē Paschali, & aliquis vult cōmunicare, & habet casum reseruatū superiori, ad quem non potest pro tunc accedere, potest cōmunicare contritus, vel ratione scandali, vel infamiae. Et addit Richart. vnum in 4. lēt. distin. 9. quod si quis de propinquo aliquem sacerdotem expectaret, cum quo deuotius confiteretur, contritus posset cōmunionem accepere. de hoc. §. j. supradictum est, sequendo viam Cae. Tales tamen si haberent aliquam sententiam ex cōmunicationis, vel huiusmodi, etiam iniustum, debent abstinere. In huiusmodi enim contritio non sufficeret. Neque pugnantibus in duello debet dari, in c. monomachia. 2. q. 5. in glo. Reliqua vide in ver. Eucharistia. Sit igitur diligēs sacerdos in ministrando cōmunionem.

## CONCEDERE.

<sup>28</sup> CONCEDERE simpliciter, id est quod donare, secundum Pan. de excep. c. cūm venerabilis. nisi ex cī cūstancijs contraria apparet, vt cūm quis dicit, cōmoda mibi equum tuum, & alius dicit, concedo, vel alia subiicit conjectura, non transferetur dominium, sed usus. 16. q. 1. c. possesso-nes. Verba ergo præcedentia, & subse-quentia,